



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

De Nomine VVelfe Sequitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Wienſem, Campidonenſem, Vtinburenſem magnis prædijs & multa familia ditauerunt. Quasdam verò ex integro à primo fundamento, quæ adhuc ad ſucceſſores ſpectant, honorificè conſtruxerunt.

DE NOMINE VVELFE SEQUITVR.

I. **I**s itaq; prælibatis de exordio nominis, quod VVelfſ ſonat, quod pleriq; inde quærere ſolent, ſicut audiuiſimus, in medium proferamus. Dicitur, quòd quidam ex antiquiſſimis iſtis filiam cuiuſdam ſenatoris Romani, qui Kathalina nominabatur, in vxorem duxerit, ac filium ex ea progenitum Kathalinam nominauit: quod quia theutonifatum, Gvelfſ ſonat, placuit omnibus, vt lingua naturali ſatisſacerent, & Romano nomine reſutato, Gvelfum eum theutonice nominarent. Alij dicunt, quod dum vnus ex iſtis apud Imperatorem moraretur, vxor eius filium peperiffet. Mittens ergo ad virum ſuum, quod factum fuit, nunciauit, ipſuq; ad ſe reuocauit. Ille læto nuncio gauſus Imperatori reuerſionem inſinuat, cauſam tamè reuerſionis non indicat. Imperator verò rem percipiens ridiculoſè eum taliter affatur: Pro Gvelfo, qui vobis nat⁹ eſt, repatriare feſtinatis? At ille, Nomen, inquit, quòd iam infantulo dediftis, poſtea plenius dare debetis; niſi enim Deus aliter ordinare voluerit, eum ſub hoc nomine de lauacro ſancto ſuſcepturus eſtis. Quod ita factum eſt. Alii vtrumq; verū eſſe coniciunt. Dicit, n. primò quidè, vt modò audiftis, inuētū eſſe, ſed deinde multo tēpore reſutatū, & quaſi in obliuionē traditū, de nouo ſic p Imperatorem renouatū, & ſic nomē q; in principio fuit abominabile omnib; poſtremò factū eſt in hac proſapia quaſi naturale & acceptabile. Sed iã ad propoſitū redeam⁹.

DE PRIMO VVELFONE.

2.

IGITVR VVelfo gennit filium Erichonem nomine, filiam *leg. Etichenem.* Iudith; Quam Iudith Ludevvicus Imperator, cognomento Pius, Caroli Magni filius, defuncta vxore ſua Iroſihgardi,

Z 2

gardi,

MCCLXV
SII
um, um,
SIV
Z 4